



**Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. V. Utrùm, & quando adulterium spirituale, sive oblapsum in hæresin, vel Apostasiam à fide, alterius conjugis, liceat Catholico instituere divortium, & an ei reverso ad sidem debeat conciliari, seu ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

terium relabatur, divortium institui, ratio & auctoritas supra relata probat, quia præcedens venia, & reconciliatio ad præterita quidem delicta, non autem ad futura se extendit. Sicut tamen communiter & per se non tenetur in conscientia separare se ab adulterio innocens, cum separatio talis permitta quidem sit à Christo, non tamen præcepta, & possit innocens quounque tempore adulterum v. g. dimissum repetere, modo neuter conjugum statum mutaverit; ita, si innocens prius post sententiam divortii latam, adulterium committat, ex probabili sententia non tenetur redire ad conjugem, à quo propter hujus adulterium, per sententiam separata pars ista fuit, cum per sententiam divortii liberata sit hæc pars prius innocens, ab obligatione cohabitationis matrimonialis, & alter nullum jus habeat repetendi conjugem, cum per adulterium, post sententiam separationis latam, non censeantur compensati delicta.

## §. IV.

*An vir possit dimittere uxorem sine iudicio Ecclesia etiam propter publicum ac notorium impedimentum parentele, seu cognationis?*

**R**Ectius fortassis hac questio mota fuisset in Tit. 14. supra, ubi actum est de consanguinitate & affinitate, quia tamen in hoc tit. e. Porro 3. Pontifex hanc questionem decidit, placuit Auctori Method. hic eam referre; responder ergo in cit. e. Pontifex, absque iudicio Ecclesie talem non posse propriâ

auctoritate uxorem dimittere, cum qua matrimonium in facie Ecclesie contraxit ( ob reverentiam scilicet tantum sacramenti ) etiamque impedimentum notorium ( publica scilicet fama ) multa dicuntur notoria, eò quod publica de illis fama sit, que tamen notoria non sunt; & hinc cap. subsequenti significasti, ubi dicitur, cogi non debet ad conjugem recipiendam, quem propter adulterium notorium, sine auctoritate tamen Ecclesie, dimiserat, non contradicit priori cap. Porro, cum in posteriore capitulo notorium dicit, quod nulla tergiversatione negari, aut excludi potest, in priore vero capitulo, notorium, non omne dubium, & in posteriorum exceptionem, excludi.

## §. V.

*Virum, & quando ob adulterium spirituale, sive ob lapsum in heres, vel Apostasiam à fide, alterius conjugi, seu Catholico instituere divortium, & in reverso ad fidem debeat colligi, seu ad eum redire?*

**Q**UOD possit propter lapsum in heres, vel Apostasiam à fide alterius conjugis, si pertinax pars hæc, innocentis conjux divortium faciat, si apostolo Paulo ad Tatum 3. & ex e. Quodlibet 2. b. t. ac pluribus aliis iuribus patet, enim in carnali adulterio, favor hoc separationis facienda concessus est innocentis, negari non debet propriæ adulterium spirituale; & quavis propriæ conjugis nocentis criminis non possit divortium celebrare innocentis conjux, ut colligitur ex cit. e. Quodlibet utrum

que tamen hoc tam carnale, quam spirituale adulterium excipitur, illud quidem ob fidem thori fractam, hoc ob periculum perversio[n]is. Quod si tamen uxor a viro in heresin lapsa, propriâ auctoritate divertit, compelli potest, ut ad eam, si fidem iterum amplectatur, redeat; si vero per iudicium Ecclesiae ab eo separata fuit, compelli non potest, ut ad eum convertium redeat, c. De illa b. h. e. posito quod religionem ingressa, & professâ fuerit (ut ne scilicet texus hinjus e. De illa, & sequentis capituli contradicantib[us]) quod facere libere potest.

## §. VI.

*An sicut conjugale vinculum non dissolvitur, altero conjugum fidelium in heresin vel infidelitatem lapsa, ita etiam unus ex infidelibus conjugibus conver-*

*tatur ad fidem. dissolvatur vinculum*  
*conjugii. Et conversus aliud marri-*

*monium intrare possit?*

**R**espondetur per hoc, quod unus fideli in heresin vel infidelitatem labatur, non dissolvi vinculum matrimoniale, ut ex dictis patet, patet tamen etiam ex c. Quanto 7. b. e. quod si ex conjugibus infidelibus, alter ad veram fidem convertatur, & transeat, altera in sua infidelitate permanente, & vel omnino non, vel non sine blasphemia divini nominis cohabitare volente, vel ut pertrahat conversum ad peccatum mortale, ac pervertat, poterit conversus, ad leunda vora transire, reliqua pericula & perversa conjugi, in sua infidelitate, quod hodie etiam in eo casu praeceptum est, quo infidelis conjux cohabitare vel-

*Comp[endium] Pirk[ing].*

let conjugi fideli, etiam sine injurya creatoris, & sine inductione ad peccatum grave, ob periculum saltum seductionis, sive deinde hoc subsit ex propria fragilitate, sive ex malitia infidelis, concedente domino hanc matrimonii dissolutionem in favorem fidei. Probabilius tamen est, quod matrimonium in tali causa fidelis taliter conversi cum infidelis non dissolvatur ipso iure, per solam conversionem, sed tunc demum, quando conversus aliud matrimonium initit, quia si velit relicta in sua infidelitate uxor v. g. sequi postea maritum, & ad fidem etiam converti, vel saltum cohabitare illi sine injurya creatoris, & sine inductione ad peccatum mortale, teneretur eam fidelis maritus, si nondum alias nuptias contraxit, recipere, in baptismo enim non conjugia, sed criminis solvuntur.

## §. VII.

*Proponuntur & resolvuntur aliae*  
*questiones circa matrimonium infidelium*  
*conversorum ad fidem Christianam,*  
*& divortium inter illos infi-*

*tuendum.*

**E**x c. Gaudemus 8. b. r. habemus pri-  
mo, quod infideles in gradibus à  
jure Canonico tantum prohibitis matrimoniis  
liter conjuncti, non debeant à se  
invicem separari, si postmodum ad fi-  
de[m] convertantur, cum illi in sua infi-  
delitate constituti legitimè contraxerint,  
nullo impedimento, pure Canonico,  
eorum matrimonia dirimente, eò quod  
Ecclesia nullam in illos habeat tum tem-  
poris jurisdictionem, & eorum in infi-  
delitate contracta matrimonia, verissi-

Vuu m. mues